

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

quam rhetorice facultatis. **A**b elegantia doctrinæ quia doctrina est electa & separata a vulgari opinio-
ne: ideo elegans dicitur: nam doctrina est sæpe cõtraria vulgaribus sententiis. **Q**uodam ingenii & exer-
citationis: quia suo apte ingenio quisq; etiam rudis: exercitatione artem dicendi consequi potest. **A**C
MIHI Q VIDEM. In superiori præmio ostendit se: & litterati oculi dignitate: & **Q**. fratris auctorita-
te commotum: inter multas vel rerum asperitates: vel temporum angustias constituisse de oratoris insti-
tutione scribere. Nunc in hoc præmio ostendit oratoriam artem rem quandam esse miram. & amplissi-

am. **E**t tria facit. **N**am primo quæritur tam pauci oratores fuerint. In secunda quæ incipit: **S**ed nimirum ostendit quæ de causa plures in omni genere litterarum excellentes fuerint. q̄ in oratoria arte. In tertia parte. quæ incipit. **S**ed quia nõ dubito. ostendit quisnam sit rhetoricæ facultatis modus. In prima sic intendit: admirandum eẽ cum in cæteris artibus plures excellentissimi euaserint: tamen paucos excellẽtes inuenire oratores: præsertim cum neq; plures cæteris artibus inseruiant. neq; quisq; aut maiori delectatione. aut se vberiore. aut præmiis amplioribus ad illa pducendas commoueat. & tñ in illis plures. in hac vero arte ppauci inueniant excellentes. in qua cõcurrunt ea omnia. quibus ad studia solent animi incēdi. **E**st pfecto res admirabilis. **B**n igitur quæritur cur hoc sit: **S**cdo qua de causa sit. on̄ dicit. **S**æpenu mero. aduerbium est numeri. & tota vna ps. & numero ad ornatũ addit. **S**ummos homines. quantum ad eorũ dignitatẽ. **A**c summis ingeniiis p̄ditos. quantum ad sniarum profunditatẽ. **V**t summos dicit virtute: q̄ cõsistit in actione. vt impatores. & reipublicarũ rectores: & gubernatores. **P**re-
ditos summis ingeniiis dicit eos qui in sniarum obscuritatibus & varietatibus versant. **A**dmirabiles. q̄ admiramur cũ videmus aliquem qui longe cæteris præstet hominibus. **Q**uocunq; id est ad quamcunq; artem vel virtute. **A**ni-
mo & cogitatione. id est cogitatione animi. **P**ermultos: ad numerum refertur. **E**xcellentes. ad magnitudinem sententiarum. **I**n quocunq; genere. scilicet & in exercitationibus virtutis & in litterarum artibus. **Q**uis enim? **E**cce quo-

modo iam infert. quod agere cõperat. **C**larorum hominum scientiam. scilicet philosophorum. astrologorum. mathematicorum etiam oratorum & hoc iam referunt ad homines maximarum artium. **B**elli duces. vt **Q**. Catullus **F**abii. **F**abritii **S**cipiones **M**arcelli. **C**atonis: **C**esares. deniq; plures alii. **V**ix paucos. vt **G**racchi. **N**ortensius. **A**nthonius. **C**rassi. **S**cauola. & cæteri. de quibus habetur in hoc libro. **N**am vero. artium mediocrium homines iam comparat oratoribus: nam reipublici. administratio respectu imperatoris artis est ars mediocris. **M**emoria nostra. scilicet nostri q̄ viuimus. & ad huc sumus: nã ad præsens tempus refertur. **P**atrum. ad eorum tempus qui viuunt refertur. **A**tq; etiam maiorum ad tempora prisicorum refertur. **T**olerabiles. nec summi sed mediciores. **A**c. ne quis. **O**ccurrit cuidã obiectioni. quam facere posset aliquis. non esse oratoriam artem cum his comparandam. quæ ad virtutem potius q̄ ad studia litterarum sunt conferenda. propterea q̄ inter ipsas nulla sit similitudo. sed illis esse comparandam artibus quæ in litterarum studiis repositæ sunt. **C**um aliis studiis. aliis scilicet ab arte imperatoria. & reipublici. administratione. hic innuit artem imperatoriam inter studia esse connumerandam simul cum rerumpublici. administrationibus. **I**n artibus reconditis. id est obscuris. artem mathematicam intelligimus: quæ magnam habet rerum obscuritatem: vt paulopost dicemus. **A**tq; in quadam varietate litterarum: philosophia intelligit: cuius magna est varietas propter philosophorum varias sectas. **N**am sicuti varie sentiebant: ita diuersa sunt eorum studia: finis autem philosophiæ vnus est **B**ene viuere. & summum bonum quærere. **S**ed alii alia ratione id quærunt. **S**unt enim qui in virtute

Bene viuere. & summum bonum quærere. **S**ed alii alia ratione id quærunt. **S**unt enim qui in virtute